

Octauus

te: carice magnitudine: colore nigro. Quod statim edito partu deuorat foeta: aut partum ad ubera non admittit si quis præreptum habeat. Olfatu in rabiem id genus agitur. Amissa parente in grege armati reliquæ foete educant orbem. Terrâ attingere ore triduo proximo quod sit genitus negat posse. Quo quis acriori bibendo profundius nare mergit. Scytæ per bella foeminae uti malunt: quoniam unam cursu non impedito reddant. Constant in lusitania circa ulyxipponem oppidum & tagum amnem equas fauonio flante ob uersas animalem concipere spiritum: idque partum fieri: & gigni pernicissimum ita: sed triennium uitæ non excedere. In eadem hispania gallegagens & astura equini generis: quos thelones uocamus. Minori forma appellatos asturcones gignunt. Quibus non uulgaris in cursu gradus: sed mollis altero crurum explicatu glomeratio. Vnde equis tollutim carpere incurfus traditur arte. Equo fere: qui homini morbi: præterquam uesicæ coruesie. sicut omnibus in genere ueterino.

De asinis.

Cap. xliii.

Asinum quadringentis nummis emptum. Q. Asino senacori auctor est. M. Varro: haud scio an omnium pretio aialium uicto: opera sine dubio geruli misifica arado quoque. Sed mulæ maxime per generatione patria etiam spectatur in iis arcadibus in achai. In italia reatinis. Ipsum aial frigoris maxime impatiens: ideo non generatur in poto: nec in æquinoctio uerno: ut cætera pauca admittitur: sed solstitio: Mares in remissione opis deteriores. Partus a. xxx. mense ocissimus: sed a trimatu legitimus. Totidem quot equæ & eisdem mensibus & simili modo. Sed incotines uterus urinam genitale reddidit ni cogatur in cursum uerberibus a coitu. Rato geminos parit. Partitura lucem fugit & tenebras quaerit: ne conspicatur ab homine. Gignit tota uita: quæ est ei ad. xxx. annum. partus caritas summa: sed aquarum tenuium magis. per ignes ad foetus tendunt. Ea ite si riuus minimus interfit: horrent ita ut pedes omnino caueant tingere. Nec nisi assuetos potant fontes: qui sunt in pecuariis. Atque ita ut sicco tramite ad potum eant. Nec potes transeant per raritatem plantarum translucentibus fluuiis. Mirumque dictu sit: & si immutentur aquæ ut bibant: cogenda exonerandaue sunt. Nec nisi spatiose incubant alias atterunt. Varia namque somnio uisa concipiunt istu pedum crebro: quod nisi per inane emicuerit repulsi durioris materiae clauditate ilico affert. Quæstus ex iis opima prædia exuperat. Notum est in celtiberia singulas quadragenas milibus numorum emi. Ad mulæ maxime partus annum referre in his & palpebrarum pilos aiunt. Quæuis enim unicolor toto reliquo corpore: totidem tamen colores quot ibi facere reddit. pullos eaque epulari Mæcenas instituit: multum eo tempore prælatos onagris. post eum interit auctoritas saporis. Sed asino moriente uiso celerrime id genus deficit.

De mulis. Cap. xliiii.

Ex asino & equa mulus gignitur mense. xii. Animal uiribus in labore eximium. Ad tales partus equas neque quadrimis: minores: neque decenibus maiores legunt: arcerique utrumque genus ab altero narrant: nisi in infantia eius generis quod ineat lacte hausto. Quapropter subreptis statim pullis in tenebris equarum uberi asinarum equuleos admouent. Gignit autem mula ex equo & asina: sed effrenis & tarditatis idomitæ. Leta omnia esse uetulis. Conceptum ex quo secutus asini coitus abortu perimit. Non ite ex asino equi. Foeminas a partu optime. vii. die impleri obseruatum est: mares frigatos: melius implere. Quæ non priusquam dentes quos pullinos appellant iaciat conceperit: sterilis intelligitur. Et quæ non primo initu genere coeperit. Equo & asina genitos mares hinulos antiquo uocabatur: contraque mulos: quos alii & equæ generant. Obseruatum est duobus diuersis generibus nata tertii generis fieri: & neutri parentum esse similia. Eaque ipsa quæ ita nata sunt non gignere in omni animalium genere: idcirco mulas non parere. Est in annalibus nostris peperisse sæpe: uerum prodigii loco habitum. Theophrastus unguo parere in capadocia tradit. Sed esse id aial ibi sui generis. Mulæ calcitratus in hibet uini crebriore potu. In plurimum græcorum est monumentis cum equa muli coitu natum quæ uocauerunt hinum id est paruum mulum. Generatur ex equa & onagris mansuetis mulæ ueloces in cursu: duricia eximia pedum. uerum iugo suo corpore: indomito aial. sed generoso. Onagro ex asina genitus omnes antecellit. Onagri in phrygia & lycæonia præcipui. Pullis eorum ceu præstantibus sapore africa gloriatur: quos lalisiones appellat. Mulum lxxx. annis uixisse atheniensium monumentis apparet. E gauri cum templum in arce facerent: quod de relictis senecta cadentia iumenta comitatu nulloque exhortaretur decretum fecere: quo caueretur ne frumentarii negotiatores ab incemculis eum arcerent.

De bubus. Cap. xlv.

Bubus idicis camelorum altitudo traditur: cornua in latitudinem quattuor pedum. In nostro orbe epiroticis laus magna a pyrhi ut ferunt iam inde regis cura. id consecutus est non ante quadrimum ad partus uocandos. prægrades itaque fuere: hodieque reliquæ stirpium durant. At nunc ancilæ ad foecunditatem poscunt. Tolerantius tamen bimæ. Tauri generationem quadrimum implent & singulis denario de anno tradunt. Si autem post coitum ad dexteram partem ab ea tauri: generatos mares esse: si in leuam foeminas. Conceptio uno initu peragitur: quod si forte perrauit. xx. post. die mare foemina repetit. pariunt mense. x. quicquid ante genitum inutile est. Sunt auctores ipsa complete. x. mense se duos parere: nunc raro geminos. Coitus a delphini exortu ad pridie nonas ianuarii dieus. xxx. aliquibus & autumno: gentibus quidem quæ lacte uiuum ita foetus dispensantibus: ut omni tempore an

k